



Cinquecentina

n. 411
23

Dones Venete Societas Provincia Italiana
Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

LETTERAE APOSTOLICAE
AD PARVAS V.

Quae communicantur Societati Iustitiae
gratia, & Insignitate missione
militantibus conge.

Mota Propria. In forma Ricina
Ann. M D L X X I.

ad Pap. V. Ad perpetuam rememoratio

De h[ab]itu confidimus ad modum
viamur, quod velut exhortatione in
certitudinem attulimus dicitur. Propter
tertii Societas 1.028. ac plene carpe-
mus eos vero mundi huius reliquias illucib[us], auto-
feruntur si quis dedicasse, ut concordemus thesauris,
quae erit a nobis comedit, lambentq[ue] paupertate
et humilitate præfuerit, non ostendat terrarum sibi
non quae ad Orientem. Et Occidentem insias pa-
net suorum, ac evitum aliqui ita Dantis ante præ-
dictamque velut proprie sciamini prodigi, et re-
batim illas effectus plenerent, martyro valen-
tio p[ro]fessosurint, p[ro]p[ri]etatem p[re]missam, usum
civitatis vobis, id est Curiis agnoscetis, ac
h[ab]entur, et utrumque in primis, et secundis
commodis everso suorum, facere nulli timet.

G
C
1123 | v. 1

LITTERAE APOSTOLICAE
PII PAPAE V.

*Quibus communicantur Societati Iesu omnes
gratia, & Indulgentia ordinibus
mendicantibus concessa.*

Motu Proprio. In forma Breuis
Anni. M D L X X I.

Pius Papa. V. Ad perpetuam rei memoriam.

DV M indefessa considerationis intuitu per-
scrutamur, quantam Christiane Reipubli-
cæ cætitatem attulerint Dilecti filii presby-
teri Societatis I E S V , ac plane confici-
mus eos vere mundi huius relictis illecebris, adeo
seruatoris suo se dedicasse, ut conculcatis thesauris,
quos ærugo & tinea comedit, lumbisq; paupertate,
& humilitate præcinctis, non contenti terrarum fini-
bus, usque ad Orientales, & Occidentales Indias pe-
netrauerint, ac eorum aliquos ita Domini amor per-
strinxerit, ut etiam proprijs sanguinis prodigi, Ut ver-
bum Dei inibi efficacius plantarent, martyrio volun-
tario se supposuerint, perque eorum spiritualia exer-
citia etiam regna ipsa fidem Christi agnouerint, ac ta-
inibi quam ubiq; terrarum charitatis, & misericor-
dia opera exercere studeant, facere nullo modo possu-

A mus,

Domus societatis Iesu

mus, quin eo tamquam veros palmites in Christo per
charitatem coniunctos, & benigne amplectamur, &
ea sibi specialiter concedamus, quae et paupertatis per
eos emissæ voto; & eorum instituto, ac commoditati
credimus profutura. Hinc est quod nos attendentes
quod licet dilecti filii Praepositus generalis, & pres-
byteri Societatis huiusmodi, tum quia ipsa Societas
mendicans existit, quippe quæ ex eius instituto, &
constitutionibus Apostolica auctoritate confirmatis,
bona stabilia possidere nequit, sed in certis eleemosy-
nis, fideliumq; largitionibus, & subventionibus vi-
vit; tum quia non minus quam cæteri mendicantes in
excolenda Vinea Domini assidue laborant, fructusque
ingentis, & salutiferos producit, ac propterea eisdem
privilegijs, indultis, & gratijs fratribus mendican-
tibus hactenus concessis vti, frui, potiri, & gaudere
merito possint, ac debeant. Cum tamen illud aliquan-
do in controversiam deduci posset, ex eo quod dicta
Societas Collegia habeat secum adiuncta, nos ambi-
guitatem huiusmodi omnino amputare. Volentes, eosde
Praepositum, & Societatem, eorumq; singulos a qui-
busvis excommunicationis, suspensionis, & interdi-
cti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, Censuris, & pœ-
nis à iure, Vel ab homine, quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt,
ad effetum presentium duntaxat consequendum, ha-
rum serie absoluentes, & absolutos fore censentes;
nec non dictæ Societatis instituti, constitutionum, &
dispositionum tam de iure, quam ab homine prouenien-
tium,

tium , nec non Privilegiorum , immunitatum , indul-
gentiarum , & gratiarum mendicantibus fratribus
huiusmodi quomodolibet concessorum ; ac litterarum
desuper cōfētarum tenores pr̄sentibus pro expressis
habentes ; Motu proprio non ad ipsorum Pr̄positi Ge-
neralis , & Societatis , Vel alicuius eorum ; aut alte-
rius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instan-
tiā , sed ex mera liberalitate , & certa scientia no-
stris illam , & illius Pr̄positum , ac singulas perso-
nas Societatis huiusmodi vere , & non sicut mendican-
tes fuisse , esse , & fore ; & inter aliorum fratrum &
religiosorum mendicantium ordines , aliosque fratres ,
& religiosos mendicantes pro ut illos nos connume-
ramus , & connumerari debere , ac omnes & singulas
tam iuris , quam hominum dispositiones , in favorem
religiosorum , seu fratrum mendicantium nunc , &
pro tempore emanatas , etiam in Societate , illiusq; Dō-
mibus , Collegijs , Pr̄posito , & alijs religiosis locum
habere , nec non omnia , & singula quæcunque , quo
cunque , & qualiacunque sint , etiam speciali nota di-
gna Privilegia , immunitates , exemptiones , facul-
tates , concessiones , indulta , indulgentias , peccato-
rum remissiones , & gratias tam spirituales , quam
temporales , litterasque Apostolicas etiam iustitiam ,
sive mixtim concercentia habentis nos , & quo-
cunque alios Romanos Pontifices per , tam prædeces-
sores , quam successores nostros , & denique sedem
Apostolicam , & illius Legatos de latere , sive Nun-
cios , & quascumque alias personas , quauis aucto-

ritate fungentes etiam motu , & scientia similibus , ac
de Apostolicae potestatis plenitudine , etiam consisto-
rialiter tam in genere , quam in specie , & tam com-
muniter , & coniunctim , quam particulariter , &
diuisim , etiam per modum extensionis , seu commu-
nicationis , & alias quomodolibet , quibusvis ordinib-
us fratrum , & sororum mendicantium quocumque
nomine nuncupentur , illorumq; congregationibus ,
Conuentibus , & capitulis , ac utriusque sexus perso-
nis , ac illorum monasterijs , domibus , Ecclesis , Ho-
spitalibus , & alijs pijs locis hactenus concessa , & in
posterum concedenda ; quorum omnium , & singulo-
rum tenores , ac si de verbo ad verbū inserti forent ,
presentibus pro expressis , & insertis haberi volumus ,
eisdem Præposito , ac Societati , & omnibus illius per-
sonis , Domibus , ac Collegijs Ubiue terrarum sitis
ita quòd Societas , Domus , Collegia , Præpositus , &
personæ huiusmodi omnibus , & singulis prædictis
Privilegijs , immunitatibus , exemptionibus , facul-
tatibus , concessionibus , indultis , Indulgentijs , re-
missionibus , gratijs , & litteris eisdem fratrum , &
sororum mendicantium ordinibus , congregationibus ,
conuentibus , Capitulis , personis , Monasterijs , Do-
mibus , Ecclesis , Hospitalibus , & alijs pijs locis , ut
præfertur concessis , & concedendis , antea potuerint ,
& nunc , ac in futurum dummodo instituto Societa-
tis , & Præpositi , seu deputatarum personarum hu-
iusmodi voluntati , & beneplacito non refragentur ,
possint libere , & licite viti , frui , potiri , & gaudere in
omnibus ,

omnibus, & per omnia, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & aequo principaliter, absq; vlla prorsus differentia, perinde ac si Societati Præposito, personis, Domibus, & Collegijs prædictis nominatim, & specialiter, ac generaliter concessa fuissent, Apostolica auctoritate tenore presentium, perpetuo sancimus, volumus, & declaramus, ac pariter concedimus, indulgemus, & elargimur. Decernentes presentes litteras nullo unquam tempore per nos, aut sedem prædictam renocari, aut limitari, vel illis derogari posse, neque sub vllis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, alterationibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, nunc, & pro tempore emanatis comprehendti, sed semper ab illis excipi, & quoties reuocari, alterari, limitari, vel derogari contingat, toties in prisiunum, & eum in quo ante præmissa erant, Statutis restitutas, & de novo etiam sub posteriori data per pro tempor. existentem Societatis huiusmodi Præpositum Generalem eligenda, concessas esse, & fore, ac ita, & non aliter per quoscunque indices tam ordinaria, qu in delegata & mixta auctoritate fungentes, etiam SANCTAE ROMANÆ ECCLESIAE CARDINALES, etiam sedis Apostolicae Legatos de latere, et nuncios, ac causarum Palatij Apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuiolibet quauis aliter indicandi facultate, vbiq; et in quauis instantia interpretari, censeri, iudicari, cognosci, et decidi debere. Irritum quoque, et inane
quic-

quicquid secus super his a quoquam, quauis auctori-
tate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.
Quo circa venerabilibus fratribus, Patriarchis,
Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs, eo-
rum Vicarijs in spiritualibus, aut officialibus Genera-
libus, & curia causarum Camera Apostolica Gene-
rali Auditori, nec non Abbatibus, Prioribus, Præ-
positis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Ca-
pitulis, ac alijs ad quos id quomodolibet spectat, &
spectabit per præsentes Motu simili mandamus quate-
nus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium,
seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quacun-
que, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro par-
te dictorum Præpositi, & personarum Societatis hu-
iustmodi, vel alicuius eorum fuerint requisiti, solen-
niter publicantes, eisque in præmissis effigaciis defen-
sionis præsidio assistentes faciant eos præmissis omni-
bus, & singulis pacifice frui, & gaudere non permit-
tentis eos de super per quoscunque, quomodolibet in-
debito molestari: contradictores quoslibet, & rebel-
les per sententias, Censuras, & pœnas Ecclesiasti-
cas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, ap-
pellatione postposita, compescendo; legitimisq; super
his babendis seruatis processibus, sententias, censu-
ras, & penas ipsas, etiam iteratis vicibus aggra-
uando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxi-
lio brachij secularis. Non obstantibus nostra de non
expediendis litteris super indulgentijs ad instar, ac fœ-
licis recordationis Bonifacij Pape VIII. Prede-
cessoris

cessoris nostri de una , & Concilij Generalis de duas
bus dietis , dummodo ultra tres dietas quis Vicere
presentium ad iudicium non trahatur , & alijs Aposto-
stolicis constitutionibus , ac quibusuis etiam iuramen-
to , confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate
alia roboratis statutis ; et consuetudinibus , Priuile-
gijs quoque , indultis , & litteris Apostoliciis , qui-
busuis personis per quoscunque Romanos Pontifices
prædecessores nostros , ac nos , et sedem Apostolicam ,
etiam Motu , et scientia similibus , ac de Apostolice
potestatis plenitudine , et cum quibusuis irritatiuis ,
annullatiuis , cassatiuis , reuocatiuis , modificatiuis ,
preferuatiuis , exceptiuis , declaratiuis , mentis at-
testatiuis , ac derogatoriarum derogatorijs , alijsque
efficacioribus , et insolitis clausulis irritantibus , et
alijs decretis in genere , vel in specie , ac alias quo-
modolibet etiam pluries concessis , confirmatis , et in-
nouatis , quibus omnibus , et singulis etiam si in eis
caueatur expresse , quod illis nullatenus derogari pos-
sit , pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq;
totis tenoribus specialis specifica , et expressa mentio
habenda , seu aliqua alia forma ad hoc seruanda fo-
ret , tenore huiusmodi presentibus pro expressis ha-
bentes , illis alias in suo robore permansuris , hac vi-
ce duntaxat specialiter , et expresse derogamus , con-
trarys quibuscunque , aut si aliquibus communiter ,
vel diuissim ab eadem sit sede indultum , quod inter-
dici , suspendi Vel excommunicari non possint per lit-
teras Apostolicas non facientes plenam , et expresa ,

ac

Page 2 - vni

ac de verbo ad Verbum de indulto huiusmodi men-
tionem. Volumus autem quod presentium transum-
ptis manu alicuius Notarii publici subscriptis, et si-
gno alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica consti-
tute munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra
adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhibere-
tur, si forent exhibite, vel ostensa.

Datum Rome apud sanctum Petrum, sub annulo
Piscatoris. Die Septima Iulij. M. D. LXXI.
Pontificatus nostri Anno Sexto.

P. Ruis.

Io. Beiel.

Io. Lucas Rem. Canc. Illust. et Reueren. D. Vice.
Papæ Nota. Appo.

Petrus Galestinus pro Illust. Cardinali Borromæo,
Archiepiscopo, et pro Reueren. P. Inquisitore.

Inv. 52969

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

CONSTITUTIO
NES ET DECLARATIO
NEM ETAMINIS GRADU
SALIS SODALITIS
JESY.



1600. M. D. LXXX.

Monachorum Hellensium.

Superiorum.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

13